



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

24. De Sisulpho, cui D. Martinus apparens, exponit cur infirmitates & hostium grassationes populum affligant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

sunt, sacrificium corporis & sanguinis Domini offerri curet. Ego paulò post ab Ecclesia domum reuersus, euestigiò vocor ad D. Eisen-greinium, exponit quid viderit, quidque mihi in mandatis dare cupiisset, quod iam per D. Doberinerum curasset. Nec verò mirandum, si vir doctissimus, & Catholicæ religionis vindex accurrimus, sperat beatitudinis dilationem sustinere visus sit, cum & de S. Severino sanctissimo Episcopo in quibusdam historiis legatur, illum ab obitu suo non protinus ad æternæ felicitatis fruitione admissum: & D. Gregorius Magnus lib. 4. Dialogor. cap. 40. & 41. referat de viro integerrimo Paschasio, qui eius fuit sanctimonia, vt ex contactu vestis eius in feretro, malignus spiritus ab homine obsessio fugatus sit: & tamen ob exigua quædam ab ipso Paschasio viuente non animaduersa, adhuc quædam luenda habebat, donec Germani Episcopi Capuani deprecatione ab ipso Paschasio, in thermis apparente, postulata, liberaretur.

D. Gregorius Episcopus Turonen. lib. 2. cap. 40. miraculorum D. Martini. De Sifulpho, cui D. Martinus apparet, expon. cur infirmitates, & hostium grassationes populum affligant.

CAP. XXIV.

Sifulphus ex Cinomanicis pauperculus dum in hortellum suum meridiè obdormiisset, nescio quid nequitia perpressus sit

E som-

E somno autem exsiliens, contractis in volam
 digitis cum magno dolore perpeſſus, rursus
 ſoluitur in ſoporem. Et vidit per viſum, & ec-
 ce vir ſtabat ante eum nigris veſtibus, cano au-
 tem capite. Qui conuerſus ait: Quid ſic, in-
 quit, in ſletibus commoueris? Et ille: Ecce, ve-
 nerabilis domine, dum parumper obdormiui,
 cum dolore expergefactus opus manuū mea-
 rum perdididi, & neſcio quid ſceleris commiſi.
 Tunc vir, illi, tanquam diſcipulis dominus
 de cæco nato: Quia neque ille peccauerat ne-
 que parentes eius, ſed vt manifeſtaretur opus
 Dei in illo, ait: Debelitas tua tormentum indi-
 cat populi delinquentis. Vade ergo nunc per
 vicōs & caſtella, & ad ciuitatem vique perca-
 de, & prædica, vt ſe omnis homo à rapinis, &
 uſuris abſtineat, & nullum opus in ſolemnita-
 tibus myſticis agat. Ecce enim coram Domi-
 no in lacrymis decumbemus, veniam pro po-
 pulo deprecantes, & adhuc ſpes eſt obtinendi,
 ſi emendatio ſequatur in plebe. Nam hoſtili-
 tates, & infirmitates, & alia multa mala, quæ
 perfert populus, indignationē Domini com-
 mouent. Et idēdō nuncio velociter, vt ſe emen-
 dare ſtudeant, ne crudeliter in ſcelere ſuo per-
 eant. Tu vero his peractis, quæ imperaui, Tu-
 ronum ad baſilicam propera, ibique te viſita-
 bo, & obtinebis apud Dominum vt ſaneris.
 Cui ille; Dic mihi, quæſo domine, quis es, vel
 quod eſt nomen tuum? Cui vir; Ego ſum, in-
 quit.

quit, Martinus sacerdos Turonensis. In his sancti verbis pauper surrexit à somno, apprehensoque bacello, iter imperatum aggreditur, & quæ sibi fuerant imperata, populis nunciavit. Mense autem septimo postquam hæc acta sunt, beatam basilicam adiit, ibique prostratus per triduum, quarta die à sancti virtute visitatus est. Iam enim computruerat in eo caro, vel nerui palmarum, qua de causa detinebatur. Et cum digiti eius directi fuissent, sanguis ab illidem erupit. Sed eis omnibus medicatis, ore proprio quæ recolimus, enarrauit.

D. Ambrosius Episcopus Mediolanen. in vita S. Agnetis virginis & martyris. Quomodo S. Agnes admirabilis decore parentibus ad tumultum eius pernoctantibus, apparuerit & Constantia regina in visione admonita, sanitatem pristinam miraculose recuperauerit.

CAP. XXV.

DVm parentes beatæ Agnetis assiduis pernoctationibus vigilarent ad tumultum eius, vident in medio noctis silentiū exercitiū virginum, quæ omnes auro textis cycladibus indutæ, cum ingenti lumine præteribant. Inter quas vident beatissimam Agnetem, simili veste fulgentem, & ad dexteram eius agnum niue candidiorem. Hæc itaque cum viderent parentes eius, & qui simul erant, stuporem mentis incurrunt. Sed beata Agnes rogat sanctas virgines, parumper gradū figere, & stans, paren-